



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXIV. De Clerico venatore. D. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

„puberis mulcta pecuniaria à patre exiga-
„tur; & Lege Civili nunquam pater tene-
tur de suis ad pœnam pecuniariam pro
delicto filii etiam puberis, quia nemo alien-
næ culpæ fit succedaneus, nec pater pro
filio convenientius, sed culpa suum tenet
auctorem. Ita *Leur. b.t. q. 389.*

TITUL. XXIV. XXV. & XXVI.

*De Clerico Venatore; de Clerico Per-
cussore; & de Maledicis.*

I. **H**T. 24. statuitur c. 1. „Episcopum,
„Presbyterum aut Diaconum ca-
„nes, aut accipitres, aut hujusmodi ad ve-
„nandum habere non licet; quod si quis
„talium personarum in hac voluptate fæ-
„pius detentus fuerit, si Episcopus est,
„tribus mensibus à Communione; si Pres-
„byter, duobus; si Diaconus, ab omni
„officio suspendatur. Et c. 2. Omnibus
„servis Dei, i. e. Clericis, ut Venationes
„& sylvaticas vagationes cum canibus,
„aut accipitres & ut faltones non ha-
„beant, interdicitur. Unde Clericis non
prohibetur venatio modesta cum paucis
canibus recreationis vel utilitatis gratiâ,
(ut nec piscatio, quam Apostoli etiam
post conversionem exercuerunt) sed ve-
natio frequens & clamosa, quæ statum

Cle-